



**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri
Benedicti**

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

XX. De Reverentiâ Orationis. Sit pia, pura, brevis, demissa Oratio quævis
In planctu & fletu, cum reverente metu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](#)

-
- d) Aptè omnino ad propositum; quia præcipuum servitutis nostræ pensum est Opus Divinum.
- e) Psalm. 46. sequens verò habetur Ps. 137.
- f) Quod fiet, si obseruentur ea, qnæ adducit Ceremoniale Monasticum Parte I. cap. 10. præsertim ex S. Bernardo.
- g) Vedit enim aliquando idem S. Bern. singulos Angelos singulis adstare Monachis. Chos quidem auro, illos argento, alios atramento, alios aquâ scribere, quæ psaldebantur; nonnullos verò omnino nihil.
- h) Statio quippe ex Ss. PP. est mentis in Deum elevatæ indicium.
- i) Insinuatur hic requisita ad psallendum intentio: quamvis autem sufficiat virtualis C ad verba tantum, vel ad res, quæ pertinentur; Melior tamen est actualis C ad sensum verborum, tum literalem, tum spiritualem: Et hanc urgere videntur verba prædicta.
-

25. vel 26. FEB. 27. JUN. 27. OCTOB.

C A P U T X X .

De Reverentiâ Orationis.

Si, cùm hominibus potentibus volu-

mus

præci-
 Opus
 s. 137.
 addu.
 I. cap.
 n. fin.
 iachis;
 , alias
 x psal.
 uihil.
 ntis in

mus aliqua suggestere *a*, non præsumi-
 mus, nisi cum humilitate & reverentiâ;
 quanto magis Domino Deo universorum
 cum omni humilitate & puritatis devo-
 tione *b* supplicandum est? Et non in
 multiloquio *c*, sed in puritate cordis, &
 compunctione lacrymarum *d* nos exau-
 diri sciamus. Et ideo brevis *e* debet esse
 & pura *f* oratio, nisi fortè ex affectu
 inspirationis Divinæ gratiæ *g* protenda-
 tur. In Conventu *h* tamen omnino bre-
 vietur oratio; & facto signo à Priore *i*
 omnes pariter surgant.

- um at- a) Seu proponere.
- tualis, b) Alia lectio clarior: puritate devotionis.
- uæ pe- c) Blaterando multas preces finè devotione.
- ad d) Id est, elicente ex oculis lacrymas.
- m spi- e) Nè obrepat fastidium, & fervor sensim
verba deficiat.
- f) Non permixta cogitationibus & affecti-
bus extraneis.
- STOB. g) Id est, ex affectu per gratiam Divinam
inspirato.
- volu- h) Id est, Officio Divino, sic dicto, quòd
mus Fratres ad illud conveniant. Ità Haeft.

F

Vel

Vel melius : quandocunque omnes simul
conveniunt ad orandum, meditandum &c.
idque propter tepiditatem aliquorum, &
varia aliorum impedimenta.

i) Seu Præfide , vel p. t. Supremo.

26. vel 27. FEB. 28. JUN. 28. OCTOB.

C A P U T XXI.

De Decanis Monasterii.

Si major *a* fuerit Congregatio , eligantur de ipsis *b* Fratres boni testimonii , & sanctæ conversationis , & constituantur Decani *c*, qui solicitudinem gerant super Decanias *d* suas in omnibus *e* secundum mandata Dei , & præcepta Abbatis sui. Qui Decani tales elegantur *f*, in quibus *g* securus Abbas partiatur onera sua : & non elegantur per ordinem , sed secundum vitæ meritum & sapientiæ doctrinam. Quod si quis ex eis aliquâ forte inflatus superbiâ , repertus fuerit reprehensibilis ; correptus semel & iterum *h* atque tertio , si emendare noluerit , dejiciatur *i* , & alter in loco ejus , qui dignus